

Huber

platz

Wich

G. Bartsch

AB

1507  
1507



- 00
- eltekr. 399.
- 1 Sundgauwes von Erfurz gissas facit H. Lintel.  
-Quidam in Episcopis in der Wittm. Théol. Rint.
  - 2 Consenfus repetitus fidei verae Lutheranae  
in 88 punctis q̄o Aug: Conf. a G. Calixt.  
impugn. vindicatus ab Egid: Arminij.
  - 3 Responsiones ad theses Antisyncretist. I. Fr. Calixt.
  - 4 Collegium disputat. Qverfiar. qua in gratiam  
Syncretismi ab Arminianis, Pont: Calv. et Novato  
ribus Syncretistis mota sunt: habitum sub  
præsidio Abrah: Calovij Witt. 1667.
  - 5 Castigatio absurdæ novitatis q̄ esse Deum, eumq;  
esse unum sicut verissimi fidei Articuli asserta q.  
D. Joh: Döntßmann, Fr. Mr: Calixt: Helm: 1667.
  - 6 Speculum propinquitatis conjugalis sive  
legis diuinæ de nunquam q̄ hendo matrimonio  
cum sorore uxori. Berol: 1656  
M. Matth: Bugari.

#5) Stromeyer apud Colyus in

78

P. VII. 88.

1. N. 7.

14

# CONTROVER- SIARUM,

*Quæ*

In gratiam Syncretismi,  
Ab Arminianis, Pontificiis, Calvinianis, & No-  
vatoribus, *Syncretistis*, Orthodoxæ Ecclesiæ  
hactenus motæ,

Privato studio Methodicè,  
MENSIBUS PROXIMIS,

CUM DEO,

EXHIBENDÆ, AT *QVE VENTILAN-*  
*DÆ SUNT,*


## COLLEGIUM DISPUTATO- RIUM

*INDICIT*

**ABRAHAM CALOVIUS, D.P.P.**

Primar. Circ. Elector. Superint.  
General.





I. N. 712

Eviticum, & ceremoniale, at maximè se-  
rium, & memorabile est interdictum, qvod ha-  
betur Levit. XIX. 17. *Leges meas custodite. Iumentum  
tuum non facies coire cum alterius generis animantibus :  
Agrum tuum non seres diverso semine : Veste, qvæ ex duo-  
bus texta est, non indueris.* Cui geminum est, qvod Deut. XXIII. 9. 10. 11. le-  
gitur : *Non seres vineam tuam altero semine, ne & sementis, quam sevisti, &  
qvæ nascuntur ex vineâ pariter sanctificantur. Non arabis in bove simul, &  
asino. Non indueris vestimento, quod ex lanâ, linogâ contextum est. Non  
leviter haberi hæc voluit Majestas divina, ideo parænæsis præmittitur leva-  
xa ; Leges meas custodite.* Ludicra, vel exigui momenti ea videri poterant,  
sed ne talia censeantur, hoc monitorio præcavendum duxit. Ut leges  
omnes divinæ, qvia divinæ sunt, custodiendæ sanctè sunt, nullæ insuper ha-  
bendæ, nullæ temerè violandæ : Ita hæc qvoqve præcepta ceremonialia, &  
res indifferentes, quantum appareat, solum concernentia, mente memori  
diligenter soveri, & opere ipso inviolabiliter observari jussit. Et populo  
quidem *Judaico* : hæc tradidit qvem peculiater ceremoniis adstrictum vo-  
luit : tūm ut ipse se adhuc in umbrâ versari, substantiam, & corpus ipsum  
nondūm habere, intelligeret, tantoqve hoc avidius desideraret, quanto  
freqventiores, & pulchriores umbras, undiqvaqve in lege, & cultu sacro,  
conspiceret, tūm ut per externa, & terrestria interiore, ac cœlestem, qvam  
reqvirebat, sanctitatem eidem figuraret, seu qvod rūdis esset populus, seu  
qvod Hieroglyphicis in Ægypto assuetus, cui per συγκατάβασιν se attem-  
perabat DEUS, seu, qvod ea in universum sit hominum, qui in hoc agunt  
seculo, natura, ut ad cœlestia instituta facilius per terrena Symbola dedu-  
catur. Hæc tamen externa, ceremonialia, indifferentia stricte, uti jube-  
bantur, observanda erant : non arbitrio hominum relictæ sunt, aut addi-  
tionem, vel imminutionem aliquam ferre potuerunt : qvia lege divinâ de-  
finita,

sinita, qvæ sacra omnibus & inviolabilis esse debebat, ob præcipientis Majestatem, obligationis autoritatem, & comminationis severitatem. Neque enim cum Cajetano, aut Glossæ ordinariæ autore existimandum, hæc planè Symbolica esse: qvos rectè refutat Bonfrerius, ad Lev. XIX. uti neque ex adverso ita literalis sensus adstruendus, ut negetur, aliquid talibus sanctis indicatum voluisse Dominum, qui rationes semper habet sapientissimas; qvæ verò significationes Symbolicæ sensum Scripturæ alium ac distinctum minimè constituunt, ut affatim in prolegomenis Commentarii Nostri in Genesin Mosaicam evicimus. Etsi autem in talibus ratio legum, vel præceptorum quandoqve occultior fuerit, neque semper moralia, qvæ sub ceremonialibus istis latebant, erui, & in apricum produci possent, quorum causâ etiam in istis sedulâ ἐπευνήσει opus erat; non tamen vel in dubium licebat præcepta ejusmodi divina vocare, vel tanquam merè adiaphora habere: sed recolendum erat semper divinum memoriale: **LEGES MEAS CUSTODITE.** Nam cogitandum hîc illud Apostolicum, quod stultum est DEI, sapientius est hominibus, & quod infirmum est DEI, fortius est hominibus I. Cor. 1. 25. Nihil commune habet humana ratio cum divinis collata, inquit Chrysostomus V. in I. ad Tim. ideoq; blasphemia est rationibus velle divina discutere. Hæ tamen Leviticæ sanctiones, qvoad ista ceremonialia, nos in N. Test. non stringunt, qui à pædagogiâ illâ, Mosaicâ liberati, & emancipati, sub infirmis & egenis elementis Mundi amplius non sumus Gal. IV. 1. 3. 9. qvo nomine vocantur, respectu eminentissimæ cognitionis, & manifestationis gratiæ, qvam in Novo Testamento habemus, ad qvam Levitica illa comparata verè ἀθενὴ τῷ πλωχῷ σοιχεῖα censi possunt. Atqve hoc sensu B. Lutherus rectissimè dixit, quod vero in contumeliam Mosis, merè calumniandi libidine, à Papistis vertitur: *Moses populo Iudeo solùm datus est, neq; quidqvam ad nos pertinet. Sit Iudeis quasi speculum Saxonum, neq; nos gentes inquietet, aut turbet. Ut Gallia Speculum Saxonum non curat, sic lex Mosis nos non ligat.* Quod verò ad mystica & moralia, qvæ sub involucro Ceremonialium latent, trahendum non est, ne dum ad universam Scripturam Mosaicam: quandoqvidem religiosâ mente agnoscat B. Lutherus, verissimè à S. Hieronymo ad Paul. dictum esse, etiam in Levitico singulas penè Syllabas cœlestia spirare Sacraenta: & à Theodoreto qvæst. XXVII. in Levit. ὅτι οὐ τὸν αἰθῆσθαι διδάσκει τοῦ νόμου: Freqventer, inquit ille, admonui per sensibilia doceri intellectualia, qvæ spectant ad animum: imò deprædicat Megalander Mosen ceu Patrem, & fontem omnium Prophetarum, & librorum sacrorum, id est, Eloquentia & Sapientie cœlestis, Tom. III. Latin. p. 77. fontem, ex quo Propheta, & Apostoli Sapientiam divinam, S. S. beneficio, bauserint T. IV. f. 521.

a 2

Enim-



Enimverò in ista etiam lege , qvæ, qvoad externum corticem, ad Ju-  
dæos solum pertinebat, interiorem medullam, vel morale potius, qvod eâ-  
dem adumbratum fuit , ad omnes spectare, adeoq; à nobis etiam sancte  
observandum esse, dubium nullum est. Eâ autem mixtura animantium,  
seminum , & materiæ qvoq; vestium prohibitione , mystice significatum  
esse, qvanta in oculis DEI abominatio sit hypocrisis in verbis & factis, non  
nulli censem: alii inhibitum ita putant studium novitatis , & nova curiosita-  
tis: alii commendatum existimant studium simplicitatis in victu , vestitu,  
omnig; aliâ re: S. Cyrillus mores biformes hōc præcepto reprobari notat  
I. IIX. de adorat. qvo de Augustinus hom. II. in Johann. Simplex eris ex-  
pliando te à Mundo , implicando duplex eris : qvæ significatio cum priori,  
de exclusâ hypocrisi, penè coincidit, unde Cyrilus libr. VII. legem de lanâ  
& lino ita exposuit: Figuratè lex vetat duplicitatem , videlicet hominibus pla-  
cendi cupiditatem , qvæ ex duobus componitur studiis, & voluntatibus, scil. ex  
velle esse malum , & velle hominibus videri bonum. Cui explicationi facile  
etiam Gregorii M. Tropologia I. IIX. Moral. c. 31. consonat: per lanam  
simplicitas, per linum vero subtilitas designatur. Vestis, qvæ ex lanâ linog; con-  
ficitur, linum interius celat, in superficie lanam demonstrat, vestem ergo ex  
lanâ, & lino contextam induit , qui in loquutione, vel actione, qvâ utitur in-  
tus subtilitatem malitiae operit , & simplicitatem foris innocentia ostendit:  
quia enim sub puritatis imagine deprehendi calliditas non valet, quasi sub la-  
næ consuetudine linum latet. Nec aliter hujus legis Symbolicam signifi-  
cationem declaravit Radulphus, Lana, inquit qvia erasior, est opus visibile:  
linum, qvia subtilius est, occultam malitiam significat. Vestem ergo ex lanâ,  
& lino contextam induunt , qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala au-  
tem in cordibus eorum. Illud de non arando cum bove simul & asino Grego-  
rius I. I. Moral. c. XVI. sic accepit: Fatuum sapientibus in predicatione  
non sociis, ne per eum , qvi rem implere non valet, illi, qvi prævalet , obfistas.  
Qvod de agro non conserendo diverso semine præcipitur , à Radulpho ita  
evolvitur: diversum semen seminat Ecclesiastes , qvi bona loquitur, & mala  
operatur: qvi verbo triticum spargit, sed exemplo peccati sementem discipu-  
lorum cordibus injicit.

Qvæ omnes legis ceremonialis evolutiones, nec inconvenientes  
sanè, nec à verbo Dei alienæ sunt. Sed præferenda tamen, aut præ-  
cipuô certè loco habenda eorum Meletemata , qvi hisce constitutio-  
nibus designatum arbitrantur, qvantoperè Deus detestetur mixturam  
veræ & falsæ religionis, verbi divini , & traditionum humanarum, doctrinæ  
S.S. salvificæ, & heterodoxias hæreticorum exitiosæ, ac salutis devonatoriaæ.  
Nam

Nam ita explicat Deus ipse, eum per Prophetam ejusmodi confusionem reprobat, *Jer. XXIII. 28.* *Quid paleis ad triticum, inquit Dominus. Propheta, qui habet somnium, narret somnium, qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum.* Et cum Christus *semen esse verbum Dei*, docet, *Luc. II. 11*, anno diversū semen, quod à Diabolo, Patre mendacii, spargitur, Verbo veritatis admiscendum haud esse, adeoque seminum diversorum in agro Ecclesiæ sationem lege divinâ prohibitam innuit? Vineam hīc doctrinam possimus intelligere, ait Rabanus ad *Deut. XXII.* sive plebem doctoribus commissam, ubi vinum gratiæ spiritualis gigni debet, sed illic alterum semen serere prohibet; quia hæresin interponere, omnino non consentit. Semen enim bonum est verbum Dei: semen autem nequam error, quem homo inimicus seminavit in agro Dominico *Matth. XIII.* sed cavendum est omnimodo, ne aliquid intermixtum in doctrinā suā inveniatur erroris; ne forte corruptur vitio nostro id, quod ex dono nobis collatum est divino. Et quid aliud ratio infert in *Deuteronomio* huic præcepto adjecta, ne *Et sementis, quam servisti, et quæ nascentur ex vinea pariter sanctificantur*, quam ut religionis, & cultus diuini puritas, atque integritas custodiatur? siquidem ob oblationem, & sacrificia Deo præstanta illa mixtura prohibeatur.

Porrò utitur etiam Christus similitudine vestitus cum de *Prophetis falsis* agit, *Matth. VII. 14.* quos pellibus ovinis indutos notat: quia ovina pellis, quæ schema est falsæ doctrinæ, & habitus falsorum Doctorum imprimis est *Verbum Dei*, quo suam palliare, aut ornare heterodoxiam satagunt. De quo graviter monuit S. Athanasius *Orat. contr. Arian.* Ne sustinueritis eos, qui contra Scripturam novis rebus student, etiam si dictiones ex S. literis scribant. Non enim recto animo loquuntur, sed veluti indumentum ovium hæc verba proferunt, intus vero, quæ Arii sunt, sapiunt; quemadmodum hæreson princeps *Diabolus*: Et S. Augustinus *I. i. de Act. cum Felic. Manich. c. 16.* Quæ vero ita dicunt ad techorum fallaciæ pertinent, *Et ovinam pellem, quibus prius dicunt verba bona, ut possint introducere mala.* Cùm ergo vestis ex lino, & lana interdicitur, lanam ovilem, quæ verorum Christianorum, & Ecclesiæ est, cum lino falsorum Doctorum misceri non debere innuitur: cui analogum est, quod *Pro copius ad Deut. XXII.* habet: *Non decet, ut Christiani in ueste, b. e. conversatione lanæ linum, hoc est, ovinis Christimoribus (dogmatibus) terrenos affectus (conceptus, vel sensus, humana ἐγκυστα) conjungant: linum enim è terrâ nascitur, lana ex ovium pelleribus paratur.* Lineis vestibus intexi lanam, juxta quosdam est diversi generis professiones vel le misceri, addimus, diversæ etiam religionis: quod à *Syncretistis* fieri amat.



māt. Nec abnuit explicātiō Cajetani: vetat Moses, ne quis ueste diversis  
materiis contextā utatur, h. e. ne novitates ab aliis inventas, & quasi con-  
textas, amplectatur, & iis quasi sese induat.

Jam quid diversorum generum animantium coitus aliud, qvām fi-  
gura est, cum coeunt, & conglutiantur per περσούλην, ἐνοιαν ac ou-  
γεῖαν falsi doctores, & Pseudo-Prophetæ cum Prophetis Domini, & sin-  
ceris verbi Doctoribus, ē qva magis monstruos, ac detestandos fætus  
prodire necessum est, qvam si jumentum cum alterius generis animantie  
bus contra naturam commisceatur?

Denique qvod de bove & asino in aratione non conjungendo mo-  
netur, ad Syncretisticam οὐχιαν reprobandam ab Hieronymo. Bedā & I-  
sidoro adhibetur. Simul arat, inquit Hieronimus Comm. in Es. 1. in bo-  
ve & asino Hebeon, dignus pro humilitate sensus paupertate neminis sui (Eb-  
jon) qui sic recipit Evangelium, ut Judaicarum superstitionum, qvæ in um-  
bra & imagine præcesserunt ceremonias non reliquat. Atqve eam doctrinam  
ex istis sanctionibus deduxere non tantum orthodoxi Theologi,  
sed etiam Pontificii Doctores, & Calviniani; è qvibus Conr. Pelicanus  
colligit doctrinam falsam vere miscendam non esse, qvia in agro Domini  
falsorum dogmatum zizania cum incorrupto verbi divini semine simul  
admittenda non sunt. Calvinus in Pentateuch. p. 206. Hæc qvatuor præ-  
cepta, inquit, qvæ omnes adventitias corruptelas damnant, primi ap-  
pendices esse non dubito, & ratio in Deuteronomio addita cō nos di-  
rigit, ubi Deus pollui seminis proventum ac vineæ pronunciat, si varia  
sit mixtura. Unde apparet, non aliud exigi, nisi ut munditiem colant.  
Eodem pertinet, qvod seqvitur, ne arent cum bove & asino. Qvæ va-  
rietas non aliâ de causâ improbata fuit, nisi qvod inquinamenti aliquid  
contrahunt homines, simulatqve à simplicitate degenerant. Posset  
qvidem objici, qvod Deus admitti vetat promiscuè animalia, ut inter  
se misceantur, qvæ sunt diversi generis, ad castitatem spectare, qvod  
autem agrum vetat conscri diversis seminibus, texturam fieri ex diver-  
sis materiis, hoc modo fraudibus occurri. Verūm simplicius est, po-  
pulum retineri in puritate, ne asvescat corruptis moribus, & ne hinc  
inde accersat ritus alienos, vel mixturas appetat pravâ curiositate, qvæ  
tandem perveniat ad cultum Dei. Nam si inter se cōeant diversa ani-  
malia, vitiatur naturæ integritas, & inde nascitur adulterina soboles,  
qvæ à Dei institutione degenerat: si vero plures seminum species simul  
essent commixtae, vel ex lino & lanâ contexta fuisset uestis, nihil erat à  
captione & dolo periculi in re conspicuâ. Ergò probabile est propo-  
situs



situm fuisse Deo , quem dixi , finem , ut nativam simplicitatem tota vî-  
tâ colendo puros se & integros ab omni externo vitio servarent . Hâc  
ratione fermento Scriptura comparat alienas doctrinas , qvæ minuen-  
do , vel addendo vitiant sincerum Dei verbum .

Qvam grave autem hæc religionum confusio , & mixtura , qvam  
*Syncretismum* , & *Samaritanismum* vocant , peccatum sit , Scriptura pas-  
sim docet , Ios. XXIV. 14. 1. Reg. XIIIX. 21. 2. Reg. XVI. 10. c. XVII. 33. Es.  
V, 26. 2. Cor. VI. 14. Gal. I. 8. c. V. 9. Ap. II. 13. 14. c. III. 16. unde tantum  
Apostoli , & eorum discipuli babuerunt timorem , ut neque verbotinus com-  
municarent alicui eorum , qui adulteraverant veritatem , teste Ireneo I.III.  
contr. hæres. c. 3. Atqve ideo monet S. Cyprianus Epist ad Cornel. III.  
ita declinent fortiter , & evitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia  
eorum , qvorum sermo ut cancer serpit . Nulla cum talibus commercia co-  
pulentur , nulla convivia , vel colloquia misceantur , simusque ab eis tam sepa-  
rati , qvam sunt illi de Ecclesia profugi . S. Johannes vero filius ille to-  
nitru sic fulminat 2. Ep. v. 9. Omnis qui credit , & non permanet in do-  
ctrinâ Christi , Deum non habet , si quis venit ad vos , & hanc doctrinam non  
affert , nolite recipere eum in domum , nec Ave ei dixeritis . Nec sane di-  
ci potest , quantum periculi à tali mixtura veritatis & falsitatis Syncreti-  
sticâ redundet in Ecclesiam : qvod Syncretimus Samaritanus , in V. T.  
*Pseudo-Apostolicus* sub initia N. T. Arianus tempore Patrum , Intermi-  
sticus seculo superiori , Arminianus , Nicolaitanus , Grotianus , Calvinia-  
nus , Calixtinus hâc nostrâ ætate abunde docuerunt , atqve etiamnum ,  
eheu ! magno Ecclesiæ malo docent . Neqve finis malorum apparet  
ullus . Atque utinam tantum reformatorum secta in Angliâ & Belgio ,  
de Samaritanismi , & Syncretismi lue , Ecclesias suas depascente con-  
queri necessum haberet ! Verum enim verò ipsa electa Dei Ecclesia non  
tantum ab iis , qvæ ζωθεν simili contagio eam inficere , atqve in com-  
munionem doctrinæ pestiferæ suos pertrahere conantur , sibi metuere  
passim cogitur , sed , qvod maximopere dolendum , conspirant etiam  
cum talibus , & intestinis bellis pacem Ecclesiæ Christi perturbant , qui  
videri nobis cum volunt ejusdem fidei , & confessionis socii ; undiqueva-  
que ita affligatur corpus Christi mysticum . Transfigurat enim se An-  
gelus tenebrarum in Angelum lucis , & ministros subornat suos , velut mi-  
nistros justitiae , afferentes noctem prodie , interitum pro salute , desperatio-  
nem sub obtentu spei , perfidiam sub praetextu fidei , Anti-Christum sub  
vocabulo Christi , ut dum verisimilia mentiuntur , veritatem subtilitate fru-  
strentur . Ut querelam S. Cypriani è tract. de simplic. prælator. repeta-  
mus



mus; qvam sanè hic instituendi causam longè luculentiorem habemus.  
Qui non immerito etiam nos monet: Plus metuendum esse, & cavendum  
inimicum, cum latenter obrepit, cùm per pacis imaginem fallens occultis  
accessibus serpit, cuius ea semper est astutia, ea circumveniendi hominis cœ-  
ca, & latebrosa fallacia: Et sic ab initio statim mundi fefellit, & verbis men-  
daciis blandiens rudes animas incantâ crudelitate decipit.

Hæc itaque causa excitare, movere, ac permovere cordatos qvos-  
qe Theologos debebat, ut astutiæ antiqui serpentis undique quæ se in-  
sinuantis, & malo, qvod gangræna instar serpit, summo studio obvi-  
am eant ac remedia parent, ne orbis aliquando se Syncreticum fa-  
ctum esse nimis serò ingemiscat. Qvæ hactenus eam in rem fremente-  
licet, ac frendente Erebo, divino munere, suscepta sint à Nobis scripta  
publica, Syncretistis opposita docebunt; è qvibus *Calvinianorum* qvi-  
dem gratiâ in Critici Sacri editione, *Crotiani* conatinis discussio, cum  
justo Examine *Confessionis Augustanae* variatæ, exhibita: posteà sub titu-  
lo *Cassellanae* de Unione Lutheranorum cum Reformatis consultationis  
edita: tūm *Bergiana* etiam ἐρώσεως vanitas Pseudostereomate ejusdem  
de S. Cœna, diversis scriptis, ad quæ obmutuit tandem adversarius,  
profligato, demonstrant; Adhæc Examen doctrinae Reformatarum Eccle-  
rum de Personâ Christi, & Syncretismi circa eandem institutum. Sam. etiam  
*Maresio*, nec non *Job. Hornbeckio* Reformatarum Ecclesiarum, & A.C.  
consociatori responsum redditum: denique omnibus modernis Heno-  
ticis Reformatæ partis obviam itum, Demonstratione Germanicâ funda-  
mentalî de dogmatis *Calviniani* damnabilitate nomine Collegii Theologici  
publicata. Et postqvam suppetitias tulere Calvinianis, & causam eorum,  
confesseratione cum ipsis, in colloqvo Cassellano, initâ, egerunt  
*Rintelenses*, *Epicrisi* & *Antapologia* eoru*m* infelix συζύγια publicæ luci  
exposita est.

Qvod v. ad *Arminianismum*, quia anima ejus *Syncretismus* est, pecu-  
liari opere ejus consideratio expediunda erat & qvum ad eundem qvam  
proxime accedat *Nicolaitanus Pirronismus*, & *Scepticismus*, stotus Syn-  
cretismo non aliarum tantum sectarum, sed etiam ipsius Tritheismi, hor-  
resco referens, consecratus, hic anguis in ipsâ herbâ conterendus & con-  
culcandus fuit, qvod diversis tractatibus factum.

Neque Pontificiorum molima Syncretistica negligenda fuere: in-  
ter qvos eminent cum *Masenio Fratres Walburgii*, qvorum in cardinali  
articulo de justificatione & meritis operum tegetis pugata imprimis sub in-  
cudem revocata sunt in *Exegestate Aug. Conf.*

Omnis

Omnibus a. istis velificatus , & gratam operam gratificatus est D.  
*Calixtus*, Cassandri Pontificii & Eceboli *Calviniano Papistici* insistens ve-  
stigiis, imò ad *Arminianorum* accedens confinia cum pullis suis, *Drejero*,  
*Latermanno*, *Henichio*, aliisque vix nominari dignis. Cujus proinde  
periculosisimus Samaritanismus ad vindicandam Dei gloriam, & cæ-  
lestem orthodoxiam Ecclesiæ manifestandus fuit. Qvam operam sum-  
moperè necessariam cum alii Theologi de Ecclesiâ meritissimi, tūm im-  
primis Viri Dei Beatisimæ recordationis *Dn. D. Wellerus*, & *Dn D. Hülsemannus*, magno cum fructu occuparunt. Quid v. de illâ Theolo-  
giæ universæ defædatione habendum, non solùm in *Institutionibus*, &  
*Systemate Theologico*, sed etiam in *Syncretismo Calixtino*, & *Har-  
monia Calixtino - Hæreticâ*, aliisque Germanicis, & Latinis sc  
riptis ostendimus: & summatim exposuit CONSENSUS REPE-  
TITUS, à *Dresdensibus*, *Lipstiensibus*, & *Wittebergensibus Theologis*, pub-  
licâ autoritate adornatus, qvem neq; vicqvam gerræ Siculæ, & affaniæ  
nuper in publicum sparsæ sugillarunt. Status controversiæ variatio,  
aut perversio, heterodoxias notoriæ palliatio, phrasum in speciem simi-  
lium salebrosa & fallax collatio, cum sophisticâ qvâdam disputatiuncu-  
lâ, parum, aut nihil omninò faciunt ad defendendum Syrma, & corpus  
integrum Errorum, fidei compagem tantum non universam labefac-  
tantium, novumq; Babelicæ ac Samaritanæ Mataæologiæ systema  
constituentium. Qvam non de verbis aut phrasibus qvibusdam, vel mo-  
do loquendi, etsi & in eo θωτύπωσις sana retinenda accuratè fit, non  
de rebus qvæstionis, vel annatis, qvas vocant, qvæstionibus, fidem haud at-  
tingentibus, quamvis & modicum fermentum totam massam corruptat, non  
de unâ, aut alterâ controversia fidei, sed de variis per totum penè syste-  
ma Theologiæ se diffundentibus materiis, ipsisq; articulis fidei à Ca-  
lixto, & complicibus, nimium quantum labefactatis, res sit, *Harmonia*  
*Calixtino-Hæretica* (ne de aliis scriptis jam dicamus) affatim demon-  
stravit ut, adeò nullum operæ pretium ineptus Hyperaspistes fecerit, cum  
brevem, & succinctam adumbrationem vanis & Sophisticis exceptiun-  
culis qvibusdam hinc inde vellicare conatus, conspiracyem verò  
cum *Hæresi Calvinianorum*, *Pontificiorum*, *Arminianorum*, & *Sociniano-  
rum* satis, divinâ gratiâ, à Dd. Ecclesiæ profligatâ ὁ φθαλιμοφανῶς o-  
stensam, ne inficiari quidem, nedum declinare ausus est. Nihil certè  
amplius profecit, qvam ut pudenda Parentis magis magisque  
detegeret, seq, non ex semisse tantum hæredem errorum, & hærefe-  
on Parentis sui esse, mundo ostenderet, ad ea v. qvæ iisdem solidè op-

posita sunt, se respondere non posse, qvia magis mutus ad illa fuit, quam  
piscis, testatum redderet.

Restabat inter Syncretistas HUGO GROTIUS, qui annotatis suis  
in universa Biblia V. & N. Test. multa utique eruditione refertis, varias  
corruptelas in Syncretismi cum *Judeis*, *Socinianis*, & *Papistis* provehendi  
gratiam infarcire non dubitavit; qvas proinde publicis disputationibus  
per totum Vetus Testam. suscepis, ad veritatis trutinam, divinâ secun-  
dante gratiâ, exegimus.

Qvia verò serpens ille tortuosus nullatenus quiescit; sed per Armi-  
nianos, Calvinianos, & Pontificios rerum suarum satagit, veritati & purita-  
ti doctrinæ cœlestis insidias struit, quietem & tranquillitatem Ecclesiæ  
sub prætextu unionis & concordiae ejusdem perturaat, & eam in rem  
*Pseudo Lutberanis*, & *hypocritis* nomen Professorum Augst. Confessionis  
mentientibus, ceu instrumentis suis, utitur: ne, præparandis ad geren-  
dum bella Domini eorum studiis, qvi fidei nostræ in spem & solatum Ec-  
clesiæ, commendati sunt, officio nostro deesse videamur, uti lectionibus  
publicis *Theologiam Positivam* in explicanda, & adserendâ *Catechesi Apo-  
stolicâ Ecclesiæ Romane* inscriptâ, ab ejusmodi corruptelis puram ex-  
hibere laboramus, ita ex usu publico Ecclesiæ, & emolumento juventu-  
tis fore omnino existimamus; si ante omnia *controversias Syncretisticas* jux-  
tâ methodum *Theologie* in ordinem digeramus; non eas tantum, qvæ cum No-  
vatoribus & Schismaticis, sed istas etiam, qvæ cum illis, qvi extra sunt,  
agitantur. Et qvum eorum pertractatio operosa nimis sit, adhæc inscri-  
ptis laudatis eâ operâ jam defuncti simus, ne actum agamus, facile suffe-  
cerit, si remissionibus solum ad eadem institutis, ostensum fuerit, ubi  
singulæ controversiæ expeditæ sint, ut inde *thesis*, & *antithesis*, ac funda-  
menta utriusque *theseos*, nempe *probatio*, & *antitheseos confutatio* depro-  
matur. Qvo pacto ab iis, qvi diligentiam mediocrem adhibere volue-  
rint, olim non minus Ecclesiæ, qvam sibi valde profuturam, integrum  
*Systema Controversiarum Syncretismi* profligandi gratiâ ad instar Systema-  
tis profligati Socinismi, facile colligi poterit; neqve apparatus tantum  
ad *Novatores*, qvi Augst. Confessionis schemate, ac titulo in Ecclesiâ  
adhuc nostrâ latitant, verum Ecclesiæ nostræ dogmata, & libros Symbo-  
licos impugnant, sed ad ipsos etiam Calvinianos, Papistas, Arminianos,  
Socinianos, & Tritheitas debellandos, instruetur perqvam utilis & opor-  
tunus. Qvæ enim fodes, controversia est, aut qvæ fidei saltim particula,  
in qvam non aliqua ratione insinuarit se lues, & contagio Syncretistica?  
Sic ergo eadem operâ hæreses illæ universæ disqviri, & ventilari &  
examinati poterunt. Nam thesibus succinctis, prout nuper in Socinismo  
factum,

factum, capita illa comprehendemus, ac remissiones, uti dictum, simul instituemus, easque ita ventilationi privati collegii subjiciemus, ut qvæ electione scriptorum, seu aliorum, seu nostrorum, adhuc dubia, aut minus explicata videri poterunt, illustrentur, dilucidentur, & explicentur: nec minus scrupuli, quæ fortè è collatione τῶν εἰς ἐναντίας hærebunt, eruantur & eximantur. Id verò imprimis utile, imò necessarium erit illis, qui cum fructu huic operæ vacare voluerint, ut comparent sibi, & sedulè terant, imò ad manus habeant semper Syncretismum Calixtinum, (ita inscriptus est liber) & Harmoniam Calixtino-Hereticam, qvam dixim⁹, utpote in qvibus scriptis & sententiæ adversariorum, qvæ ob defectum librorum à paucis indagari possunt, integræ productæ, ac collatæ sunt, & status controversiæ formatus dextrè. argumenta nostra, ubi opus fuit, adducta, argumenta deniqve contradicentium, si qvæ occurserunt, dissoluta, imò testimonia qvoque antiquitatis, qvam Logodædali temere crepant, & orthodoxorum Theologorum considerata, ipsiqve eorundem consensu penitusdenudati sunt.

Nomina sua tempestivè profitebuntur mihi, qui hōc αὐσκήματι disputationo sese exercere, atqve eruditioñem Theologicam locupletare, ad qvam imprimis γρυπόσματα Academica facere nullum dubium est, aut qui auscultando solūm de hisce informari discipiunt, ut statim operam eam adoriri nobis liceat: Cujus eò citius expediundæ gratiâ duæ disputationes singulis septimanis exhibuti sumus. Precabuntur a. imprimis Deum, ut cum hisce, aliis studiis nostris ex alto gratiose benedicat, tum Ecclesie sua undiquaque afflictæ opem salutarem Χωρὶς μηχανῆ sufficiat, & in veritate verbi sui sanctificet, & consolideat eandem usque ad diem Dn. Nostri Iesu Christi! P. P. Wittebergæ, Dominica

II. Adventus Anno Christi clo lcc LXVII.



b 2

I. N. J.

I. N. J.  
**SYNTAGMATIS ANTI-**  
**SYNCRETISTICI LOCI, ET CON-**

TROVERSIÆ, ad ἐλεγχον Errorum,

qui hactenus


à Pontificiis, Calvinianis, Socinianis, Arminianis,  
& Novatoribus, aliisque τοις συνκρητίζεσσιν  
Inde ab Aug. Conf. exhibitæ tempore & hoc præcipue,  
quod nunc agimus, seculo disseminati & propugnati,  
Non Ecclesiis in unitate Spiritus consociandis, sed per  
Schismata varia turbandis, novisq; sectis procreandis  
apti nati sunt,

**DISPUTATORIO COLLEGIO PRIVATO**  
**EXHIBENTUR**

A  
**D. ABRAHAM CALOVIO.**

Unà cum remissionibus ad scripta, qvibus Errores isti  
ab Eodem producti, confutatiq; sunt, & imprimis ad SYNCRE-  
TISMUM CALIXTINUM, & HARMONIAM CALIXTINO-  
HÆRETICAM, plerosque omnes juxta cognitionem Novatorum cum  
Calvinianis, Pontificiis, Arminianis, & Socinianis methodicè sisten-  
tem, ac perspicuè refellentem. Qvæ ideo h̄c DIRECTO-  
RII, ET MATERIÆ VENTILATIONIS IN-  
STAR obtinebit.

**ANNO CHRISTI M. DC. LXIX.**



## I. DE THEOLOGIA IN GENERE.

### I.

**H**eologia est quidem habitus practicus de homine peccatore ad salutem aeternam perducendo, sed non ob prixin operum nostrorum bonorum, sed ob prixin fidei. *Cont. Calixt. v. T. I. Syst. p. 28.*

II. Partes Theologiae non recte assignantur haec tres: de credendis, de mysteriis vel Sacramentis, & doctrina morum. *Contra Hornejum. V. T. II. Syst. p. 13.*

III. Theologia Scholastica et si suos habeat usus, tantitamen non est, ut accuratior Theologia ejus notitiâ carere non possit, aut ut non pauciora in ea veritatis praesidia inveniri, quam in antiquissimorum Ecclesiæ Doctorum monumentis, statuendum sit. *Contra Hornejum. V. T. I. System. p. 76.*

IV. Theologiae studio longè magis necessaria est Ebraicæ & Græcæ lingvæ, quam Theologiae Scholasticæ notitia, aut Patrum studium, aut Philosophiæ, ac nominatim Logicæ ac Metaphysicæ cultura. *Contra Calixtum, & Hornejum. Vid. T. I. Syst. p. 87. & præfat. in Isagog. Theol.*

## II. DE RELIGIONE.

I. Religio, quæ solum naturæ ductum sequitur minimè est sufficiens. *Contra Arminianos. T. I. Syst. p. 128.*

II. Unica tantum religio & via est salutis, quoad hominem in statu peccati constitutum, non vero plures: multò minus in quavis religione salvari possumus. *Contra Socinianos, Remonstrantes, Zwinglianos item, & Pontificios nonnullos, ut & Calixtinos. T. I. Syst. p. 160 177. Socinism. profl. novæ edit. p. 51.*

III. Mahomedani, & Judæi ab idolatriâ immunes non sunt. *Contra Calixtum. T. I. Syst. p. 189.*

IV. Ad veram religionem non sufficit cognitio præceptorum, & promissionum Dei, nedum illorum solum cum notitiâ vitæ aeternæ. *Contra Socinianos. T. I. Syst. p. 203. 812. Socinism. p. 51.*

V. Pro fratribus in Christo haberi non possunt Ariani, Sociniani, Anabaptistæ. *Contra Acontium, Remonstrantes, M. Henr. Nicolai. T. I. Syst. p. 205. Soc. profl. p. 35. Arm. p. 38.*

VI. Calviniani neutiquam admittendi sunt in communionem mysticam, nec pro sociis Aug. Confess. haberi possunt. *Contra Calixtinos, Irenicos*

*cos Calvinianos, Socinianos, Henr. Nicolai. T. I. Syst. p. 212. 259. Syncetism.*  
*Calixt. p. 193.*

VII. Pontificii admitti nequeunt in communionem nostram mysticam, nec institui potest conciliatio Pontificiorum doctrinæ, qvalis ea imprimis fæcita est Concilio Tridentino, cum doctrinâ Aug. Confess. *Contra Pacifificatores Augustanos, Interimistas, Cassandrum, Fratr. Walenburg. Masenium, Marcellum, Aug. Gibbon. de Burgo, ut & Marc. Anton. de Domin. Calixtum & Complices.* T. I. Syst. p. 230. 936. Syncr. p. 308. Harm. p. 105. Exegem. Aug. Conf. art. IV.

IX. Heterodoxi nominibus discretivis, imprimis ab autoribus desumptis rectè insigniuntur. *Contra Socinianos, Calvinianos Irenicos, M. Ant. de Domin. Cassand. & Calixt. T. I. Syst. p. 256. Exam. p. 1.*

X. Libris Symbolicis subscrividendum est, non quâ, sed quod, & quia consentiunt cum verbo Dei. *Contra Armin. Calvin. & Calixtin. Harm. p. 789.*

XI. Heterodoxis verè imputantur ea, quæ per consequentiam ex eorum doctrinâ deducuntur. *Contra Calvin. Syncet. & Rintel. Exam. p. 72.*

### III. DE VERBO DEI.

I. Nulla datur traditio inde ab Apostolis profecta, & in Patrum scriptis asservata, quæ pariter cum Scripturâ S. pro indubitate Dei Verbo haberi debeat. *Contra Calixtin. T. I. Syst. p. 325. Harmonia Calixtino-Hæretica pag. 112. 139. 193.*

II. Consensus Patrum, aut Ecclesiæ haberi non potest pro fidei Christianæ principio, aut regulâ. *Contra Calixt. T. I. Syst. p. 420. Harmon. pag. 171. Syncet. p. 312.*

III. Omnia, quæ in Scripturâ Sacrâ habentur, divinâ inspiratione scripta, nec tantum quoad res, sed etiam quoad verba singula à Spiritu S. dictata sunt. *Contra Socin. Armin. Calixtin. T. I. Syst. p. 549. 361. Harm. p. 805.*

IV. Autoritas Scripturæ nullatenus dependet ab Ecclesiâ. *Contra Calixt. T. I. Syst. p. 581. Harm. p. 117. 147.*

V. Scriptura S. ἀυτόπτης est, & ratio credendi est autoritas revelantis, non vero quod sensum quis verum esse agnoscit. *Contra Drejerum & Arm. Soc. T. I. Syst. p. 597. Harm. p. 140. 142. 150. Soc. p. 75. Armin. p. 54.*

VI. Scriptura S. sufficienter continet omnia, quæ ad fidem, & vitam Christianam necessaria sunt. *Contra Calixt. T. I. Syst. p. 610. Harm. p. 153.*

VII. Scriptura S. in his, quæ ad salutem necessaria sunt, perspicua, & luculenta est, ut externâ & adscititiâ luce non indigeat, sed ab omnibus debito modo eam scrutantibus intelligi possit. *Contra Calixt. T. I. Syst. pag. 930. Harm. p. 158.*

lxx. Tex.

IX. Textus Originalis Scripturæ S. ab omni corruptelâ immunis est.  
*Contra Socin. Arminian. Pontificios, Calixt. & Hugon. Grotium. Syst. T. I. p. 731*  
Harmon. p. 184. 807. Soc. p. 63. & Anti-Grot.

X. Unius & ejusdem dicti non est nisi unicus sensus. *Contra Hug. Grot.*  
Vid. præfat. Anti-Grot. & Proleg. in Genes. & Syst. T. I. p. 662.

X. Scriptura S. pollet efficaciâ non tantum morali, sed physicâ ad nostrâ illuminationem, & conversionem. *Contra Socin. Armin. Calvin. Pontific. Fanaticos, & Calixt.* T. I. Syst. p. 992. Harm. p. 54.

#### IV. DE ARTICULIS FIDEI.

I. Ad dogma fidei non est necessarium, ut & ipsum dogma & necessitas credendi illud evidenter è Scripturis demonstretur sive expressis testimoniis, sive per consequentiam omnium confessione firmatam. *Contra Socinianos, & Remonstrantes.* T. I. Syst. p. 804. 807. Armin. p. 68.

II. Non ea tantum cognitu & creditu necessaria sunt, sine quibus divina voluntas præstari non potest: *Contra Socinianos, & Arminianos.* Tom. I. Syst. p. 833. Socin. prof. p. 51. Armin. p. 71. 75.

III. Symbolum Apostolicum non continet adæqvatè & explicitè omnia, quæ credenda sunt, adeo ut nihil pro articulo fidei haberi debeat, quod eo non comprehenditur. *Contra Pontificios nonnullos, Walenburgios & alios, Cassandr., M. e Ant. de Dominis, Galixt. Henr. Nicolai.* T. I. Syst. p. 236. 838. Syncret. Calixt. p. 8. Armin. p. 33.

IV. Symbolum Apostolicum, quale hodie habetur, traditum non est ab Apostolis, nedum eo fine concinnatum ab eisdem, ut specificus credendorum numerus haberetur in Ecclesiâ. *Contra Calixt.* T. I. Syst. p. 244. Syncret. pag. 20.

V. Symbola Oecumenica et si conjunctim accepta, additis etiam Milevitanis, & Arausicanis II. Concilii capitulis haud quaque adæqvatè omnia credenda exhibent, multò minus ea, quæ ad illa pressius explicanda, & ad hæreses quasvis evitandas faciant. *Contra Calixt.* T. I. Syst. p. 251. Syncret. Calixt. p. 145.

VI. Antecedentia fidei salvificæ, etiam ea, quæ naturæ lumine sciri possunt, quæ revelata sunt, è Systemate credendorum excludenda non sunt, ut nec consequentia fidei. *Contra Calixt.* T. I. Syst. p. 869. 873. 914. 918. Antapolog. p. 480.

VII. Ad articulos fidei Christianæ non solum pertinent mysteria de SS. Trinitate, & incarnatione Filii Dei, sed alia etiam doctrinæ cœlestis capita. *Contra Calixt.* T. I. Syst. p. 954.

IX. Articuli fidei non tantum sunt illa credenda, quorum ignorantia

damnat,



damnat, sed etiam quæ ignorari quidem citrā dispendium salutis possint, non autem negari. *Contra Arminian. Calixt.* Vid. Harmon. p. 791. Antapolog. pag. 526.

IX. Hæretici propriè dicti non illi sunt, qui Articulum quendam Symboli Apostolici, sed qui articulum fidei in Scripturis traditum negant: sive ad constituentia fidei, seu ad antecedentia, vel consequentia spectet: nec illi solùm, qui positivè ac directè eum negant, sed etiam qui per consequentiam, idque sive agnoscatur vis consequentiæ, seu non agnoscatur: nec tantùm qui negant dogma fidei in Scripturâ propositum, sed etiam qui non traditum in Scripturâ pro articulo fidei venditant. *Contra Calixt.* Vid. T. I. Syst. p. 256. Syncretism. p. 16. 158. Antapolog. p. 532.

IX. Errores contra fidei articulos tolerandi in Ecclesia non sunt ita ut non dicatur illis anathema. *Contra Arminian. & Calixtin.* Harm. p. 755. Antapolog. p. 485. Armin. p. 29. 38.

## V. DE DEO.

I. Notitia naturalis Dei non acquisita tantum, sed etiam insita datur. *Contra Socin. Armin. & Hornej.* T. II. Syst. p. 61. Harm. p. 804.

II. Etsi notitia naturalis, quæ talis, nihil ad fidem conferat, ea tamen, quæ naturaliter de Deo nota sunt, quatenus in Verbo Dei tradita, etiam ad articulos fidei pertinent. *Contra Calixt.* T. II. Syst. p. 99.

III. Nomina soli Deo propria aliis extra Deum non tribuuntur. *Contra Socinian. Armin. Calvin. Pontif. Calixt. Hugon. Grotium.* T. II. Syst. p. 145. 159. Harm. p. 809. Arm. p. 74.

IV. De essentia Dei non sufficit credere, quod Deus sit, quod unus, æternus, justus, sapiens, & potens sit. *Contra Socinianos & Arminianos, Calixt.* T. I. Syst. p. 813. Socinismi p. 108. Arminianis. p. 78. Harm. p. 810.

V. Deus non est causa peccati per accidens. *Contra Calixt. & Drejer.* Vid. Scandolos. Tractat. Drejeri discussio, & T. II. Syst. p. 353. Harmon. p. 97. Exeg. Aug. Conf. art. XIX.

VI. Gradus præsentiae divinæ non solis operationibus sed etiam propinquiori ad essentia ratione distingvuntur. *Contra Calvinianos, Vorstium, Calixtinos.* T. II. Syst. p. 630. Tom. III. p. 868.

VII. Articulus de SS. Trinitate, & de Deitate Filii Dei non tantum tempore N. T. creditu necessarius est, sed semper fuit necessarius creditu, adeoq; etiam luculenter in V. T. propositus est. *Contra Pontificios nonnullos & Calixtinos.* T. I. Syst. p. 754. 862. Tom. II. p. 321. Tom. III. p. 40. 148. 149. 575. Harm. p. 812. 814. 816. 938.

VIII. Una est credenda essentia numerica divinæ Patris, Filii, & Spir. S. non

non vero in dubio hoc relinqvendum. *Contra Fricium, Duditbium, & Henr. Nicolai.* T. III. Syst. p. 137. 514. Arm. p. 96.

IX. Pater non est Filio excellentior Deus, nec ulla Patris præ Filio aut S. S. est prærogativa. *Contra Armin. & Calvin. nonnullos, & Henr. Nicolai.* T. III. Syst. p. 181. 208. Arm. p. 100. 115.

X. Filius & S. S. non ita à Patre sunt, ut producti à Patre sint, qvando voluit, & reddituri iterum sint in Patrem. *Contra Henr. Nicolai.* T. III. Syst. p. 227. 341.

XI. Fide Catholica salvâ negari, vel in medio ielinqui nequit, Filii Dei generationem æternam esse, & è substantiâ Patris, ita ut totum esse Patris acceperit. *Contra Armin. & Henr. Nicol.* T. III. Syst. p. 673. Arm. p. 136.

XII. Processio S. S. à Patre & Filio fidei dogma est, qvod absq; salutis periculo negari nequit. *Contra Armin. Calvinianos nonnullos, M. Anton. de Domin. & Calixt.* T. III. Syst. p. 859. Arm. p. 148. 152.

XIII. Non creatus fuit Angelus, sed increatus, Filius nempe Dei, qvi ut Deus ipse passim describitur in forma visibili apparens. *Contra Socinianos, Arminian. Calvin. & Pontificios quosdam, & Calixtin.* T. IV. Syst. p. 211. Harm. p. 949. Armin. p. 81. 322.

## VI. DE STATU INTEGRITATIS.

I. Status purorum naturalium merè fictitious est. *Contra Pontific. & Calixtinos.* T. IV. Syst. p. 4467. Harm. p. 217.

II. Intellectus hominis naturâ non laboravit rerum divinarum igno- rantiâ, dubitatione, ac diffidentia. *Contra eosdem, & Socin. & Armin.* T. IV. Syst. p. 494. Harm. p. 220. 913.

III. Natura hominis per se obnoxia rebellioni non fuit ante lapsum. *Contra eosdem.* T. IV. Syst. p. 507. Harm. p. 228. 915. Arm. p. 169.

IV. Concupiscentia appetitus sensitivi adversus rectam rationem per se verè peccatum est. *Contra Pontific. & Calixt.* T. IV. Syst. p. 532. Harm. p. 262.

V. Homo natura ante peccatum calamitatibus, miseriis, morbis, & morti, vel dissolutioni animæ & corporis per se obnoxius non fuit, neq; actu moriturus fuisset, si non peccasset. *Contra Soc. Pont. & Calixt.* T. IV. Syst. p. 548. 728. 734. Harm. p. 237. 914. Arm. p. 165.

VI. Justitia Originalis non fuit donum supernaturale, sed naturalis qvæ- dam hominis in statu integratatis perfectio. *Contra Pontif. & Calixt.* T. IV. Syst. p. 664. Harm. p. 276. 914.

VII. Primorum Parentum cordibus sapientia & cognitio Dei concreata fuit. *Contra Socin. & Drejer.* T. IV. Syst. p. 720. Harm. p. 221. 226.

IX. Dominium in bruta homini in justitia originali condito collatum est, non vero ad mera naturalia pertinuit. *Contra Pontificios quosdam, & Calixt.* Harm. p. 269.

## VII. DE PECCATO.

I. Peccatum non est NIHIL. *Contra Drey.* Harm. p. 369.

II. Peccatum originis non est mera privatio. *Contra Pont. & Calixt.* Harm. p. 357. 397.

III. Peccatum originis non est tantum reatus poenæ. *Contra Socin. Arm.* *Pontific. nonnullos Zwingl. & Calixtinos.* Harm. p. 459. 915.

IV. Peccatum originis propagatur per carnalem generationem, cùm non corpus tantum hominis, sed anima etiam, adeoq; totus homo propagatur, unde animam oportet non creari à Deo, sed per traducem propagari. *Contra Pontificios quosdam, Calvinianos, Socin. & Calixt.* Harm. p. 461. 915.

V. Peccatum originis est causa adæqvata damnationis. *Contra Armin.* & *Calixt.* Harm. p. 918. Arm. p. 109.

VI. Doctrina de peccato originis è systemate articulorum fidei expungenda non est. *Contra Calixt.* Vid. *Syncret.* p. 131. & *T.I. System.* p.

## IX. DE CHRISTI.

I. Articulus de Personâ Christi necessarius est creditu ad salutem. *Contra Socinianos, & Arminianos.* T.I. Syst. p. 815. *Socinismi* p. 28. 51. *Arminianismi* p. 8. 72. 218.

II. Si homo in integritate persistisset, Christus neutiqvam venisset. *Contra Scholast.* *Socin. & Calixt.* T.IV. Syst. p. 724. Harm. p. 1006.

III. Christi passio non tantum in Novo, sed & in V. T & qvidem in Mose ipso credenda proposita est. *Contra Socin. & Calixt.* Harm. p. 1005. disp. de fide antediluvianor. Armin. p. 207.

IV. Christus ut homo naturâ morti obnoxius non fuit. *Contra Socin. & Calixt.* Harm. p. 1006.

V. Christus non est per se, ut creatura, legi obnoxius. *Contra Armin. & Calixt.* Harm. p. 1006. Arm. p. 229.

VI. Non sola humana Natura passa est, sed ipse Filius Dei verè & realiter passus est, neq; Passio Filii Dei tribuitur tantum per denominationem extrinsecam. *Contra Calvin.* & *Calixt.* *Rintelens.* *Antapolog.* p. 103. 385. 403. *Gründl. Beweis* p. 760. *Examen* p. 193.

VII. Christus, ut homo, attributorum divinorum verè particeps, adeoq; non per denominationem tantum extrinsecam est omnipotens, & omnisciens.

scius. *Contra Calvin. Pontific. & Calixtin. imprimis Rintelens.* Harm. p. 44.  
Antapol. 46. Exam. p. 316. 363. 335.

IX. Christo non communicata tantum est potestas moralis sine potentia divinâ qvoad gubernationem rerum omnium. *Contra Calv. Calixt. & Rintelens. imprimis.* Antapol. p. 40. Exam. p. 318. 341.

X. Caro Christi prædita est virtute vivisca, nec meritorie tantum vivifica est, sed effectivè. *Contra Calvin. & Calixt. Rintel.* Antapol. p. 103. 400. 407. Exam. p. 397.

X. Christus secundum Humanam Naturam est omnipræsens, *Contra eosdem.* Harm. p. 9.

XI. Christus non tantum secundum divinam, sed etiam secundum Humanam Naturam est adorandus. *Contra eosdem.* Antapol. p. 103. 426. 429. Gründl. Bew. p. 853.

XII. Vera & realis est communio Naturarum in operibus officii, ideoqz non concurrit Humana Natura tantum virtute humanâ ad opera officii. *Contra Calvin. & Calixtin. Rintelens.* Antapol. p. 73. 83. 103. Gründ. Bew. p. 816. 846.

XIII. Controversiæ de communicatione hypostaseos, & idiomatum, ac in specie de communicatione majestatis infinitæ carni Christi factâ, nec non de communione naturarum concernunt fundamentum fidei. *Contra Calvinianos, Syncretistas & Calixtinos, imprimis etiam Rintelenses. Syncret.* Calixt. p. 288. Antapol. c. XVI. Gründl. Bew. p. 726. Exam. doctr. de person Christi.

XIV. Exinanitio, & Exaltatio non convenit Christo secundum divinam Naturam. *Contra Calvin. & Calixt.* Harm. p. 5.

XV. Descensus Christi ad inferos est verus & realis, factus post Christi *Genesim*, non vero statum mortis significat. *Contra Calvin. Socin. & Drejer.* Harm. p. 41. 1008.

XVI. Christus non tantum obedientiâ passivâ, sed etiam activâ noster mediator est, & pro nobis legi Dei satisfecit. *Contra Calvin. nonnullos, & Calixt.* Harm. p. 1006.

XVII. Christus satisfecit pro omnibus hominibus, omnibusqz remissionem peccatorum, justitiam, & salutem promeruit non tantum sub hypothesi, si omnes crederent, sed eâ fini, ut omnes credant, ut salventur. *Contra Calvin. hypotheticos, & Latermann.* Harmon. p. 74.

XIX. Qui meriti & satisfactionis Christi universalitatem negant, directè evertunt fundamentum fidei. *Contra M. Anton. de Dom. & Calixt.* Harm. p. 193. Gründl. Bew. p. 135. 248. Antapolog. p. 328.

## IX. DE CONVERSIONE.

I. Non est in potestate hominis velle se convertere, & oblatâ gratiâ, per illam, qvæ necessaria sunt, præstare, *Contra Soc. Armin. Pontific. Calixtin.* Harm. p.774.

II. Voluntas hominis non cooperatur ad sui conversionem. *Contra eosdem.* Harm. p.576.1014.

III. Homini, viribus naturæ, anteqvam præveniatur gratiâ Dei, neutiqvam convenit invocatio Dei, desiderium regenerationis, affectus credulitatis, aut initium qvoddam fidei. *Contra eosdem.* Harm. p.590.

IV. Pelagianum & hæreticum est, conversionem esse in potestate nostrâ, voluntatem nostram esse conversionis causam. *Contra Drejer. & complices.* Harm. p.591.

V. Dogma de gratiâ conversionis irresistibili verè hæresis est. *Contra Syncretist. M. Anton. de Domin. & Calixt. Rintel.* Harm. p.620. *Syncret. Calixt.* p.238. *Gründl. Bew.* p.618.661. *Antapol.* p.289.

## X. DE PRÆDESTINATIONE.

I. Errores Calvinianorum de prædestinatione non sunt innoxii, sed exitiosi, adeoq; damnandi anathemate, neutiqvam vero sunt in Ecclesiâ tolerandi. *Contra eosdem. Syncret. Calixt.* p.193. *Antapol.* p.110. *Gründl. Bew.* p.189.

II. Nullum statui vel admitti debet in causa salutis absolutum Dei decretum. *Contra Calvin. & Calixt.* Harm. p.52.

III. Apostolus tribus istis capp. IX. X. XI. ad Rom. nullatenus agit de prædestinatione, nedum ex professo. *Contra Calixt.* Harm. p.53.

## XI. DE JUSTIFICATIONE.

I. Justificatio non est definienda per remissionem peccatorum, & sanctificationem. *Contra Pontific. Syncretist. Walenb. & alios, ut & Hug. Grot. & Calixt.* Harm. p.666.

II. Justificatio non accipitur in S. literis, nedum illis locis, qvæ agunt de justificatione hominis peccatoris coram Deo, pro actu physico infusionis. *Contra Syncretistas Pontificios, Walenburgios & Calixt.* Exeg A.C. art.IV.

III. Medium Justificationis nostræ coram Deo, ex parte nostri, est sola fides; non vero justificatur homo etiam ex operibus, neq; admittendum est, qvod bona opera necessaria sint ad justificationem. *Contra Socin. Arminian. Pontificios, Syncretistas, Calixtinos.* Harm. p. 670.1029.1038. Exeg. A.C. art.IV.

IV. Con.



IV. Confessio peccatorum & deprecationis non pertinet ad ipsam justificationem neque per agnitionem, & humilem deprecationem justificari idem est, ac per fidem justificari. *Contra Pontif. & Calixt.* Vid. l. c.

V. Fides non justificat, quia per charitatem formata, vel efficax est. *Contra eosdem*, ut & *Hug. Grotium.* Harm. p. 670. 1027. 1031. Exeg. A. C. art. IV.

VI. Propositum obtemperandi preceptis divinis est consequens justificationis, non vero antecedens, vel causa sine qua non, aut non conditio sub qua homo justificatur. *Contra eosdem.* Harmon. p. 672.

VII. Una est & eadem justificationis & salutis ratio, quantum ad causas, nec admittendum est, bona opera, si non ad justificationem, ad salutem necessaria, aut sanctitatem nostram medium esse, unde salus & consequentia salutis dependeat. *Contra Pontific. Majoristas, & Calixtin.* Har. p. 630. Exeg. A. C. art. IV.

VIII. Quae est ratio justificationis & salutis adultorum, eandem quoque est infantum, qui proinde fide propriâ non destituuntur, nec alienâ fide salvantur. *Contra Socin. Pontific. Calixtin.* Harm. pag. 874. Exeg. A. C. art. IV.

IX. Salus non applicatur nobis per desiderium ambulandi in preceptis Dei, vel cum facimus Dei voluntatem. *Contra Socin. Armin. & Horneum.* Harm. p. 1052. 1058. 1066.

X. Justificatio non retinetur operibus nostris, sed solum per fidem. *Contra Socin. Armin. Pontif. Interminist. Majoristas. Grotium & Calixt.* Exeg. A. C. art. IV.

XI. Justificati indubitate certi sunt, sibi remissa esse peccata, sequentes in gratiâ Dei esse certitudine fidei divinæ, cui non potest subesse falsum. *Contra Pontific. M. Antonium, Grotium, Calixt.* Harm. p. 675. Exeg. A. C. art. IV.

XII. De salutis æternæ consecutione dubitare necessum non habent justificati, sed certi esse possunt, non quidem absolutâ certitudine, sed hypotheticâ *Contra Eosdem, & Armin.* Harm. p. 676. 1067.

XIII. Controversia de remissione peccatorum, & justificatione cum Pontificiis nobis intercedentes fundamentales sunt, ac ejusmodi, de quibus transigere non licet. *Contra Pontificios, Syncretistas, M. Anton. de Dom. Hugon. Grot. Calixt.* Syncretism. p. 334.

XIV. Nos per Christi justitiam formaliter justos esse, non est tantum scholastica assertio, sed ipsa veritas Scripturæ, ea que omnino creditu necessaria. *Contra M. Anton. & Calixt.* Syncret. l. c.

## XII. DE FIDE.

I. Fides non est conditio aliqua ex vi legis Evangelicæ sed organon apprehendens justitiam Christi. *Contra Socin. Armin. Pontif. & Calixt.* Harm. p. 1021. 1045.

II. Fides non ut meritum vel opus, vel moralis quædam conditio, nec quæ actus noster, aut obedientia spectatur à Deo in negotio justificationis, sed unicè, quæ amplectitur meritum Christi, idque nobis applicat. *Contra Socin. Armin. Pontif. Calixt. Harmon. p. 678. Exeg. A.C. art. IV.*

III. Fides, quæ credimus, vel actus fidei est & manet tantum medium justificationis, non vero sit materia imputationis: fides autem quæ creditur, vel objectum quod creditur, hoc est obedientia Christi activa & passiva, imputatnr credenti ad justitiam, ut ita fides relativè solū, seu vi correlati sui, in quod fertur, justificet. *Contra Socin. Armin & Drejer. & Calixt. Socinism. p. 719. Armin. p. 244. Harm. p. 1040. 1060. 1062.*

IV. Fides quæ imputatur pro justitiâ non elevatur à misericordia divinâ ita, ut nobis quasi perfecte promereatur justitiam, vel ipsa sit justitia. *Contra Armin. & Calixt. Harm. p. 3131.*

V. Fiducia, quæ credo, peccata mihi jam remissa est, conseqvens quoddam fidei significantis est, quæ non in illo consistit, sed quod credo peccata mihi propter Christum remitti, gratiam Dei & justiam Christi apprehendens. *Contra Armin. Vid Exeg. A. C. art. IV.*

VI. Ad fidem justificantem pertinet cognitio, assensus, & fiducia. *Contra Pontif. & Calixt. Harm. p. 1045.*

VII. Fundamentum fidei justificationis est universalis Dei gratia & Christi satisfactio pro omnibus præstata, & omnibus applicabilis. *Contra Calvin. Pontif. Calixt. Harm. p. 675. Syncret. p. 230. Gründl. Beweis p. 187. 248. Antapol. p. 337.*

VIII. Objectum fidei proprium est satisfactio Christi meritoria. *Contra Pontif. Socin. Armin. & Calixt. Harmon. p. 679. Socinian. p. 726. Armin. p. 244.*

IX. Peccata mortalia non possunt cum verà fide confistere. *Contra Pontif. & Hornejum. Matæol. Papist.*

## XIII. DE BONIS OPERIBUS.

I. Bona opera, phrasí Scripturæ, non tantum externa opera denotant, sed etiam interiores virtutes, & in genere, quicquid pro norma habet legem divinam moralem eiq; congruit. *Contra Calixt. Harm. p. 688.*

II. Opera legis dicuntur non ut distingvantur opera bona secundum legem facta à fructibus justitiae & S. S sed quod opera bona, quæ talia,

lia, legi divinæ conformia sunt. *Contra Socin. Armin. Pontific. & Calixt.* Harm. p. 881. 1078.

III. Cum opera gratiæ, quâ justificamur & salvamur, opponuntur, non opera tantum ex nostris viribus, vel ex lege profecta excluduntur. *Contra Socin. Armin. & Calixt. imprimis Horn.* Harm. p. 1070. Exeg. A. C. art. IV.

IV. Ante conversionem in hominibus non renatis nulla dantur opera bona, utpote quæ fructus S. S. in renatis sunt. *Contra Socin. Armin. Pontific. & Calixt.* Harm. p. 681.

V. Per opera bona neq; justificationem neq; salutem æternam mereri possumus ullo pacto. *Contra Pontific. Syncretist. Hornejum & Calixt.* Harm. Vid Exeg. A. C. art. XX.

VI. Opera bona neq; ut causa, neq; ut medium, neq; ut conditio, neq; ullo respectu aut modo dicenda necessaria sunt ad salutem. *Contra Socin. Armin. Pontific. Calixt.* Harm. p. 683. 722. 1072. 1076. *Socism.* p. 746. *Arminism.* p. 266. Exeg. A. C. art. IV. & XX.

#### XIV. DE PACTIS.

I. Pactum Evangelicum describi non potest sine mentione apprehensionis meriti Christi. *Contra Armin. & Calixt.* Harm. p. 1087.

II. Pactum yetus, quâ Messiam in Prot-Evangelio complectitur, non habuit tantum umbram fidei, nec destitutum fuit Deitatis Christi ac satisfactionis ejus manifestatione. *Contra Calixt.* Harm. p. 1089. 1100.

III. Pactum Mosaicum non fuit tantum de prosperitate, & eminentiâ externâ, & temporariâ conferendâ sub conditione obseqvii morali legi, ne per improbitatem, & contumaciam, ac vim violetur, præstandâ, & observationi cæterarum quoque positivarum legum. *Contra Armin. & Calixt.* Harm. p. 1093.

IV. Certum est leges de arca fœderis, tentorio, sacrificiis, ablutionibus Leviticis, & id genus aliis, sub pacto Mosaico typicè adumbrasse populo bona spiritualia, ipsamq; satisfactionem & expiationem Christi. *Contra Socin. Armin. & Calixt.* Harmon. p. 1100. *Socin.* p. 596.

T. Discriben pacti legalis & Evangelici non in eo consistit, quod pactum legale exactam obedientiam postulet, ut causam justitiae & salutis Evangelicum autem pactum obedientiam novam, prout in hac fragilitate præstari potest, ut conditionem tantum puram; sed in eo, quod lex conditionem operum habeat. Evangelium nullam operum conditionem, sed fidem tantum requirat. *Contra Socin. Armin. Pontif. & Calixt.* Harm. pag. 1107. 1123.

#### VI. Lex

VI. *L* ex moralis à renatis impleri non potest, neq; ejus moderatio E-  
vangelica ulla est. *Contra Socin. Pontific. Armin. & Calixt.* l. c.

VII. Non omnes promissiones Evangelicæ sub hypothesi fidei factæ.  
*Contra Calvin. Syncretist. Gründl. Beweis* p. 433.

## XV. DE SACRAMENTIS.

I. Intentio ministrorum non requiritur ad integratatem Sacramenti.  
*Contra Pontific. & Calixt.* Harm. p. 738.

II. Circumcisio non fuit externus tantum ritus, sed Sacramentum re-  
generationis. *Contra Socin. Armin. & Calixt.* Harmon. p. 1083. 1092.

III. Non levis momenti est quæstio de numero Sacramentorum Nov.  
Testam. nec de eo sceptice disputandum *Contra Calixtin.* p. 759.

IV. Sacraenta non justificant ex opere operato. *Contra Pontific. & Ca-*  
*lixt.* Vid *Consens.* repetit p. 82.

V. Baptismum Johannni eandem vim spiritualem habuisse cum bap-  
tismo Christi dubitandum non est, aut prolemaicæ disputationi com-  
mittendum *Contra Calixt.* Harm. p. 1080.

VI. Pædobaptismus nititur mandato divino, quem verò facile pro me-  
rè arbitrario habent, qui ritum non dicunt, qui sine traditione sufficien-  
ter probari non possit, ac fide infantes destitui ajunt. *Contra Arminianos*  
*& Calixtinos.* Harm. 760. 1080. 1081.

VII. Concupiscentia per baptismum non ita tollitur, ut nulla supersit;  
quæ verè ac propriè peccatum sit. *Contra Pontific. & Scepticismum Calixt.*  
Harm. p. 762.

VIII. Sedes articuli de S. Eucharistiâ non est figenda in cap. VI. Joh. nec  
ibi de eâdem sermo est. *Contra Pontif. Calvin. & Calixt.* Harm. p. 83. 762.

IX. Ut verbis institutionis S. Cœna præsentia vera, realis, & substanti-  
alis corporis Christi sub pane, & sanguinis Christi sub vino benedicto  
disertè exhibetur: ita tum transsubstantiationis Papisticæ commentum,  
tum Zwinglianæ & Calvinianæ ἀπόστολος Corporis, & sanguinis Christi,  
ac figurativæ tantum exhibitionis directè iisdem excluditur. *Contra*  
*Papist. Calvinist., M. Anton. de Domin. & Calixtinos, ac imprimis Dreje-*  
*rum.* Harmon. p. 781.

X. In Sacramento Eucharistias ex mandato & institutione Christi

non

non sit oblatio Corporis Christi pro vivis & mortuis, signis & actionibus in oculos incidentibus neque est sacrificium, ac ne repræsentativum quidem vel memorativum. *Contra Pontificios, Syncretistas, & Calixtinos, ac imprimis Drejerum.* Harmon. p. 782.

XI. Panifragium in S. Cœnâ, quod non ad distributionem, sed ad mystrii significationem, & passionis Christi adumbrationem, post consecrationem adhibendum sit, divino mandato destituitur. *Contra Pontific. & Calvin. ut & Calixt.* Harm. p. 95. 782.

XII. Errores cùm Calvinianorum, tûm Pontificiorum de Sacramentis, & in specie de S. Eucharistiâ, omnino hæretici & exitiosi sunt, ut iis salvis, non possit fraternitas cum ipsis initi. *Contra Calvin. & Pontific. Syncretist. & Calixt.* V. *Syncretism.* p. 278. & 349. *Gründl. Beweis.* p. 905.

XII. Sacraenta bona Ecclesiæ ejusqve notæ sunt, adeoqve non potest aliquis Coena Dominica uti pro circumstantia loci in quo versatur, ritu Pontificio, aut Calviniano. *Contra Calixt.* Vid. *Consens. Repetit.* pag. 92.

## XVI. DE POENITENTIA.

I. Pœnitentiæ duæ sunt partes, *Contritio*, & *Fides*. *Contra Pontific. & Calixt.* V. *Consens. Repetit.* p. 101.

II. *Contritio* non est actio, sed passio. *Contra eosdem. Consens. Repetit.* pag. 102.

## XVII. DE ECCLESIA.

I. Ut Ecclesia una credatur V. & N. T. & sanctorum communio propugnetur, necessum est credamus, non minus in Vet. Testam. quam sub novo à fidelibus omnibus Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, ceu unum verum Deum adoratum, & Messiam ceu verum Deum creditum esse. *Contra Armin. & Calixt.* V. *System. T. I.* p. 754. Harm. p. 1134.

II. Ecclesia Catholica non complectitur sub se præter Lutheranos, Calvinianos, & Pontificios: neque schismatici ullo modo habendi, quia Romanâ Ecclesiâ se separant, & cum Reformatâ communionem mysticam, qua illa in erroribus persistit, colere norunt, sed Donatistis affines & schismatici sunt, qui se solos verè pureqve Catholicos jactant, quod cum Pontificiis & Calvinianis spiritualem communionem foveant, & ab aliis

d

Luthe-

Lutheranis sese divellunt. *Contra M. Anton. de Dom. & Calixt.* T.I. Syst. p. 994. & *Syncretism. Calixt.*

III. Universæ Ecclesiæ Catholicæ consensum de doctrina fidei Patrum superstitem scripta non exhibent infallibiliter, sed probaliter tantum. *Contra Pontific. M. Anton. Calixtin. Syncretism.* p.326.

IV. Sinceri Ecclesiæ Doctoris est non tantum thesin orthodoxam proponere, sed & antithesin heterodoxam refellere, ac, si damnabilis sit, condemnare, nec elenchus hæresium, & hæreticorum nominalis, ac condemnatorius salvâ conscientiâ illis in locis omitti potest, ubi seductionis periculum subest. *Contra Calvin. Syncretistas, & Calixtin. Jud. Judic. Theol. Fac. Berol. datum.*

V. Errores Papatus de cultu publico Dei, ut & de capite Ecclesiæ infallibili Romano Pontifice, exitiosi sunt æternæ saluti. *Contra Pontif. & Calixt.* V. *Syncretism.* p.351.

VI. Romano Pontifici neqvaquam concedi potest axioma illud, ut supremus sit episcopus in universâ Ecclesiâ Christi, ut per occidentem tantum jurisdictionem summam obtineat. *Contra Marcum Antonium de Domin. Hugonem Grotium, Calixtin.* V. Harm. p.784.

VII. Status nostrarum Ecclesiarum repurgatione ulteriori opus non habet, ita ut ex omnibus partibus, Lutherana Calviniana, & Pontifica, qvicquid in iis observationi Catholicæ consentaneum videtur, errendum sit. *Contra Socin. Reformatos, Cassadorum, M. Anton. & Calixt.* Harm. I. 781. T.I, Syst.p.994.

## XIX. DE NOVISSIMIS.

I. Animas ante diem novissimum DEUM videre in dubium vocandum non est. *Contra Socinianos, Arminianos & Calixtin.* Harmon. pag.786.ii39.

II. Animarum separatarum status non nisi geminus est: aut in cœlo, aut in inferno: non vero intermedius quispam: nec poena sensus sine poena damni singenda est. *Contra Pontif. Armin. & Calixt.* Harmon. p.788.ii47.

III. Preces pro defunctis fieri non debent, ac ne quidem ut mitigetur electis rigor districtus in examine judicii divini. *Contra Pontif. Calixt. & Drejer.* Harm. p.788.

IV. Sancti defuncti invocandi non sunt, neque si maximè invocationem nostram intelligerent, preces ad eosdam dirigendæ essent, imò invocatio

catio eorum impia est & idololatrica. *Contra Pontif. & Calixt.* Harm. pag. 788. *Syncret.* p. 352.

V. In extremo die non alia diversa , sed eadem numero corpora , quæ his gesimus , resuscitanda sunt. *Contra Socin. Armin. Calixt.* Harm. pag. 1149.

NB. Ob errorum Novatorum , Calixti & compli-  
cum pleniorum cognitionem , qui libris eorum  
destituuntur conferre cum Syncretismo Calixti-  
no , & Harmoniâ Calixtino - Hæretica poterunt  
**CONSENSUM REPETITUM** , & ST-  
**NOPSIN** Controversiarum fidei juxta Augu-  
stanam Confessionem .

Sanctifica nos Domine in veritate. Verbum tuum  
est VERITAS.



d 2

Nomi-

Nomina eorum qvi in hoc Collegio Anti-Syncretistico Respondentium & Opponentium munus sustinuerunt.

*Class. I.*

**M. JOHANNES VVAGNERUS,**  
Radberg.Fac.Phil.Adjunctus.

**M. JOHANN-ERNESTUS Hering/**  
Dresd.Fac.Phil.Adjunctus.

**M. POLYCARPUS CASPAR Leyser/**  
VVittebergensis.

*Class. II.*

**M. GEORGIUS Green /**Holsatus. nunc  
Poës. Prof.P. in Acad. VVitt.

**M. JACOBUS Röser /**Sunders-Huf.  
Schvvarzb. Fac.Phil. Adjunct.& in illustri  
Stat.Evang.Hung.in Epperiensi Colle-  
gio Prof. Eloq. & Histor. Publ.

**M. CAROLUS LUDOVICUS Stro-  
meyer/**Ulm.

*Class. III.*



*Class. III.*

M. JOHANN CHRISTOPHORUS Mungesser/  
Hass. Darmstatt.

M. JOHANN JOACHIMUS Zentgraff/  
Argent. Adjunct. Fac. Phil.

M. JOHANN JACOBUS SEYPELIUS,  
Noribergensis.

*Class. IV.*

M. BALTHASAR Scharmann/  
Noribergensis.

M. JOHANN SIMON Schernhauer/  
Thuring.

M. NICOLAS BENEDICTUS PASCHA,  
Zittavv.

*Auditorum numerus major est, quam ut paginae an-*  
*gustia capere queat.*




JOHANNES ADAMUS  
SCHERZERUS,  
D. & Prof. Publ.

*Alumnis Electoralibus Sax. in Acad. Lips.*

THESES  
ANTI-SYNCRE-  
TISTICAS,

Singulis diebus Sabbathi ab horâ VI. matutinâ in  
Lampade ventilandas, juxta ductum Syntagmati Anti-Syncre-  
tisticci Locorum MAGNIFICI DN. CALOVII, exhibet,  
cosdemqve, ut freqventer huic exercitio inter-  
sint, peramanter invitat.



## LITANIA EVANGELICORUM:

A Pseudo-Prophetis, falsis Fratribus & Syncretistis libera nos  
DOMINE: κύριε ἐλέησον.

**S**apientissimum monitum est: Ne credas inimico tuo in eternum: sicut enim aramentum eruginat; sic nequitia illius: Et si humiliatus vadat curvus, adjice animum tuum & custodi te ab illo! etiam si enim illum tanquam speculum expurges, tamen semper aliquid retinebit eruginis. In labiis enim suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam. In oculis suis lacrymatur; sed si tempus invenerit, non satiabitur sangvine. Syr. XII 10. 11. 15. 16. conf. Jer. XLI. 16. Non poterat aptius in Syncretistas dici: qui ovium vestitu lupum tegentes, veritati & liberati nostrae in Christo, insidiantur. Verbis, ut loquitur Hieronymus, sonant concordiam, re exigunt servitutem, (T. II, fol. 184. ed. Basil. 1553.) ingeruntque nobis primum nomina veritatis, ut virus introeat fasitatis, (Hilar sub unit. L. VI. de Trinit.) quod Augustinus, dicens: hanc esse ornatam januam, quam errores omnes imperitorum animis latenter irreppunt, (c. Epistol. fundam. c. XI.) confirmat. Et Maresius ipse non dissimilans: debent, inquit, ex Regula Medicorum mali humores digeri & incidi priusquam EVACUENTUR. Et cum non detur transitus ab extremo ad extremum intacto MEDIO, debet prius agi inter partes de mutua & Christiana tolerantia, quam de ABSOLUTO CONSENSU. Vid. Dnn. Witteb. Antapol. pref. f. 38.- Erit itaque Calvinianorum intentione Syncretismus Pulvis digestivus premissus, in officinâ Job. Calvini preparatis pilulis avoca- tw purgando evacundoque Universalismi (quod vocant) veneno, & quicquid Lutherani humoris in corpore nostro reliquum est. Ne itaque haec Medicorum Turba Reginam Ecclesiam perderet, cordatis Theologis pro conscientia & ex divino mandato nunquam non laborandum fuit: quod

&

2-3

& nos pro talentulo & virili , ex qvo Theologicæ admoti fuimus Professioni, præstitimus. Factum inde est, ut in discipulorum gratiam hujus Problematis (Utrum in variatæ A.C. & F. C. addicti Evangelici in Imperio Romano, Syncretissimum vel Pacem Ecclesiasticam Conciliationem aut Tolerantiam Religionum, qvalem Syncretistæ, Irenici Calvinistæ, Papistæ, Falsi que Frates poscunt, salvâ conscientiâ, illæaque veritate divina & confessione nostrâ inire possimus, & ob commodum necessitatemque Ecclesiæ orthodoxæ debeamus.) negativam jam ante biennium demonstramus. Tractatum quatuor Sectiones absolvunt, qvarum I. Terminorum & totius Quæstionis εξηγησι: II. Problematis heterodoxam διπορευσι s. negationem: IV. Argumentorum Syncretisticorum Αργελασι & resolutionem tradit. Quæstio ipsa (I.) Christianam Fraternitatem (II.) Sacrorum communitatem (III.) Doctorum immunitatem, qui Privilegiorum infausto septenario (α) Tolerantia sc. speciatim dictâ (β) Anathematum intermissione (γ) Elenchi neglettu (δ) Disputationum declinatione (ε) Consequentiarum rejectione (φ) Privatorum scriptorum non allegatione (η) Nomenclatura discretivæ intermissione, absolvitur: (IV). Armorum societatem, qvorum omnium fundamentum est Fundamenti salutis integritas, ambitu suo continent. Ex qvibus (qvia h. l. tantum de Syncretismo cum Calvinistis agimus) hæc quæstio emergit: Utrum, qva in variatam A. C. in imperio Romano profitentur, Evangelice Ecclesiæ, illæsa veritate divinâ, salvâ conscientiâ, integris diversis manentibus cœribus & Confessionibus, adeoque circa συμφωνη doctrinæ cum Reformatis Ecclesiis inire possint ac debeant mutuam Societatem, qvâ utrarumque (Ecclesiarum) membra ac socii apud utrosque, propter sententiarum diversitatem, non excludantur communione Sacramentorum; sed tâm hi apud illos, quam illi apud hos, sive Augustanae, sive Reformatæ Confessionis admittantur: neutrî heresios damnentur, refutentur, aut disputationibus, ac consequentiis non agnitis urgeantur: qvin potius utrique pro fratribus in Christo habeantur, tolerentur, & sub uno duce CHRISTO ob commodum necessitatemque Ecclesiæ contra Antichristum, conjunctis copiis pugnaturi in Solem & pulverem extrudantur. Hujus negativam hoc generali argumuento totali Sectio III. διπορευη probat: Quæcumque Pax non tantum (α) Claro Dei Verbo (β) sibi ipso (γ) Praxi Sanctorum U. & N. T. (δ) Primitivæ & sucedentis Ecclesiæ orthodoxæ (ε) Conscientie (ζ) Confessioni (η) qualitatib. (θ) Processui paciscentium (ι) Recesibus imperiis (κ) Equitati natu-

naturali (λ) Regulis Christianæ Prudentiae, imo (μ) ipsis Adversariis repugnat; sed etiam (ν) Ecclesiis orthodoxis noxia est: Illam Evangelici salva conscientia & prudenter nec possunt, nec debent inire.

Atqui Pax Syncretistica talis est. Ergo. Sectionis III. Subjecto I. probat Minoris Membrum I. s. quod Syncretismus repugnet verbo DEI. (α) Mandato contrarii Rom. XVI. 17. Matth. VII. 15. Matth. X. 16. 1. Tim. VI. 3. 5. Tit. III. 10. Zach. IIIX. 19. Matth. XVI. 6. Phil. III. 2. 2. Tim. II. 16. Eph. IV. 14. Tit. I. 9. coll. cum 7. à §. LIII. ad LXIII. (β) Prohibitione divina 2. Cor. VI. 14. 2. Joh. v. 10. Gal. I. 8. 9. coll. cum c. V. 9. 12. Deut. XIII. 8. c. XXII. 9. seq. Levit. XIX. 29. à §. LXIII. ad LXIX. (γ) Improbatione in Israëlitis Exod. XXXII. 4. seqq. in Baalitis 1. Reg. XII. 28. seq. Hof. II. ib. &c. in Samaritis 2. Reg. XVII. 28. seqq. in Pharisaianzibis Act. XV. 5. seq. qvò pertinent dicta Ps. V. 5. Es. IX. 14. 15. Jer. V. 29. 30. 31. IIIX. 10. Prov. XI. 1. Ps. CXIX. 104. XXXI. 7. ad §. LXXVII. (δ) Comminatione Pœnae Es. V. 20. Ps. V. 7. 1 Reg. XXII. 23. 1. Tim. IV. 2. Apoc. II. 2. XXI. 8. III. 16. XIV. 9. ad §. LXXXI. (ε) Reatu 2. Joh. vers. II. Rom. I. ult. Luc. XI. 23. Apoc. II. 18. seqq. ad §. LXXXV. Membrum (II.) s. Syncretismum impossibilem ostendimus ex Gen. III. 15. Eccl. I. 15. I. Cor. X. 21. Matth. VI. 24 nam materia (verum aut falsum) est irreconciliabilis: extra sphæram activitatis humanæ negotium ponitur: Deus tanquam principalis talem transactionem prohibet Es. XXX. 21. Matth. V. 18. seq. unde causa organica nullum taliter transigendi mandatum accipit: ad §. XCV. Membrum (III.) Syncretismum sc. praxi Sanctorum V. & N. T. repugnare, tūm contrarietate exemplorum Abrahami, Jacobi, Mosis, Eliæ, Pauli, probatur §. XCIIIX. vid. Dn. Danh. Mystr. Syncret. fol. 73. seq. Sigvart. C. Iren. Par. fol. 4. B. Meissner. diss. ult. Coll. Aadiaphorist. XXXII. Membrum (IV.) s. praxis primitivæ & succendentis Ecclesiæ orthodoxæ exemplo Basiliæ ex Theodoret L. IV. c. XIX. Polycarpi ex Iren. L. III. c. III. Euseb. L. IV. c. XIV. Irenæi L. III. c. XV. Chrysostomi Orat. de veris orator. Cypriani de Simpl. Cleric. Hieronymi Ep ad Theophil. & Orthodoxorum cum Novatianis, Nestorianis, Acephalis, (vide omnino & ex professo Facund. Hermanianens. Libb. XII. pro tribus capitulis Chalcedonensibus) Donatistis, Origenistis, Aërianis, Himerobaptistis, Pelagianis, Semipelagianis, Tatianis, Florianis, Arabicis, Helvidianis &c. processu: nostraque tandem Orthodoxæ Ecclesiæ per ann. 1529. 1530. 1531. 1532. 1535. 1536. 1537. &c. praxi ad §. CII. ostenditur.

c

Mem.



Membrum (V.) s. *Syncretismum* (1.) *Conscientiae* §. CV. (2.) *Calvinianorum*.  
§. CVI. ex Synod. Dordrac. Sect. XXXIX. f. m. 180. edit. Hanov. ann.  
1620 Sect. XXIX. f. 145. Sect. XXV. f. 92. 94. (Conf. Acta Remonstrant.  
fol. 44. seq. Part Histor. ex Actis Amstelodamens. & Schiedamens.) qvia  
tum Arminianorum V. articulos tolerare non potuerunt, tum nos Pha-  
risæimi, Capernaismi, Papismi, Arianismi, Samosatenismi, Sabellia-  
nismi, Eutichianismi, Pelagianismi, Marcionismi, Donatismi, Agno-  
ëtismi, Theopaschitismi, Tritheismi, Manichæismi, Schwænckfeldis-  
mi, Mohammædismi, Atheismi, Epicureismi, damnare non erubesc-  
unt: & (3.) *Calixtinorum*, *Rintelensium*, qviqve de Dreierianâ factione  
sunt, repugnare, idoneis argumentis ad §. CXIX. evictum est. Mem-  
brum (VI.) *Syncretismum* videlicet pacientium Confessioni repugnare col-  
latis inter se Confessionibus ad §. CXXIII. probavimus. Membrum  
(VII.) sc. qvòd Qualitati pacientium Syncretismus repugnet, patet ex  
(a) defectu potestatis transfigendi, qvæ utique in Ministris (1. Cor. IV. 1. I.  
Cor. XI. 23. 1. Pet. IV. 10. seq. Deut. IV. 2. XII. ult. Matt. XV. 9. it. c. cum  
52. x. de elect. nihil agitur c. venerabili 37. x. de offic. delegat. c. ult. de  
restit. spoliat.) reqviritur: (b) privati citra totius Ecclesiæ, qvæ hacte-  
nus contradixit, (vid Appendicem Testimoniorum des Gründl. Be-  
weiseg Dnn. Wittenbergensium) consensum transfigere validè non pos-  
sunt: (c) cum Calvinianis tanquam fallacibus (cujus rei exempli produ-  
ximus) tuto pacisci non valemus: (d) Rintelenses in specie tum intel-  
lectualibus, tum moralibus requisitis, (qvod Dn. D. Seldius im Abgott p.  
1. toto cap. VI. probavit) instruti non fuerunt: (e) Calvinistæ secum  
neque in dogmatibus, neque in ritibus & ceremoniis (qvod ad §.  
CXXXVI præcipue ex Historiâ Anglicanâ deductum est) transfigere  
hucusque potuerunt. Membrum (IX.) & qvòd Syncretismus pacientium  
Processui contariretur, vel ex Actis inter Remonstrantes & Calvi-  
nistas (cujus rei documenta ad §. CXXXIX. adduximus) constare posse  
arbitramur. Membrum (IX.) i. e. *Recessibus Imperii adversari Syncretis-  
mum* ex actis publicis anni 1531. 1532. 1536. 1558. 1561. 1566. 1594. ipsiusque  
adeo Instrumenti Pacis paragr. VII. probavimus §. CXLV. Membrum  
(X. & XI.) s. qvòd Syncretismus æquitati naturali ac Christianæ Pruden-  
tiæ adversetur xxiv. argumentis, qvæ excerpere hæc vice non lieet, ad §.  
CL. evictum est. Membrum (XII.) *Syncretismum* sc. etiam ipsis adver-  
sariis repugnare, dictis, hypothesibus & factis ad §. CLV. manifestum dedi-  
mus. *Dicta* tum desperantium, tum improbantium allegavimus: *Hypo-*  
*theses*




theses Syncretismum evertentes contulimus: *Facta Calvinianorum ob oculos posuimus. Lutheranis, inquit Bergius, sine periculo salutis nostræ consentire non possumus: sed contra illorum Articulos minus principales oportet nos constanter veritatem defendere, ne per modicum fermenti tota massa fermentetur, & verum fundamentum obscuretur & planè perdatur*, de discr. & Conciliat. Evangelicor. fol. 213. Apertè testamur, nova illa Ubiquitario- rum dogmata ex Nestorianæ & Eutychianæ heresi prognata in Ecclesiâ ferri non posse, neque nos tales pro fratribus unquam agnovisse, aut agnoscere posse, sunt verba Tigurinorum in *Apol. ad defens. Jac: Andr. c. XIII. f. 127. b.* Membrum (XIII.) quod nim. *Syncretismus noxius sit* §. CLIX. probavit. Noxius est ( $\alpha$ ) qvia Deo ( $\beta$ ) juratæ confessioni nostræ repugnat: ( $\gamma$ ) Processus Calvinianorum Reformatorum sc, Reformantium in superiore Palarinatu, Hassiâ &c. Nos terret: (legatur omnino Conzen. L. IX. Politior. c. XXIV. Cancellaria Anhaltin. part. 1. Alphab. 3. fol. 5. quibus cum Acta Staffortensium Calvinistarum contra Pforzehemenses sunt conferenda.) ( $\delta$ ) *Syncretismus est Apostasiæ Mater. Voëtius antidotum conta Apostasiam laudaturus: Caveamus nobis, inquit, ab infelicitibus Syncretismis & Consiliis Syncretistis*, Part III. Selectar. f. 784. ( $\epsilon$ ) Faten- tur Calvinistæ, Syncretismo se Religionis Lutheranæ ex terminium mori. Hornbek ultrâ Sendomensem Syncreticum (ubi pro uno ferè Ecclesiarum corpore haberi omnes voluerunt) negotium promoveri vult, Summ. Controv. L. IX. fol. 674. Pareus frustrâ *Colloquia esse ait si nos non cedamus Iren. c. III.* nec enim Calvinianos, qvos errare non cre- didit, à sententia dimoveri posse censuit. De Maresii pulvere digestivo initiò percepimus. &c. ( $\zeta$ ) Huc faciunt dicta Luc. xi. 23. Gal. II. 5. 2. Cor. vi. 14. Gal. V. 9. Et hæc fuit Generalis tantum probatio Minoris in Syllogismo, quem proposuimus, generali. Subsectio II. speciatim singula à §. CLX. ad CCLXIIIX. prolixè probat. Sectio autem IV. Syncre- tistarum argumenta, qvæ à prætensiâ Possibilitate, Facultate, Aeqvitate, U- tilitate, Necessitate (mandati, periculi) & Autoritate (Sanctorum V. & N. T. Patrum Doctorumqve) desumuntur, ordine & justâ methodo resol- vit. Ista biennio abhinc privatim prælegens dissentium animos matu- rè in his controversiis præparare constitui, ut à Syncretistico fermento prudenter sibi cavere in tempore disserent. Animus quidem erat illa- μελετήματα publici juris facere; sed obstatere qvædam, qvo minus ju- stam operi limam adhibere potuerim hactenùs. Dum verò in eo sum, ut qvasdam inde, qvæ Alumanis Electorelibus ad disputandum propone- rentur




rentur, positiones excerptem: ecce opportunè Magnifici Dn. Calovii,  
Theologorum nostri temporis Principis **שליטן** Syntagmatis Anti-Syn-  
cretistici, disputatorio collegio, exhibitos, & Syncretistarum erroribus CL.  
oppositos Locos accipio. Qvos simul ac lustravi, me in nobiliori præ-  
sentique tempore magis conveniente materiâ Electoratus Saxonici A-  
lumnos exercere non posse facile intellexi. Agite igitur, discipuli lectissimi, in Auditorio,  
qvod Lampada vocatis, singulis diebus Sabbathi ab  
hora VI. matutinâ vestri mihi copiam facite: Symbolam, prout respon-  
dendi vel opponendi minus cuique vestrum injunctum fuerit, prompti  
conferte: has controversias familiares vobis reddite, solique Homileticæ,  
qvam alias sumoperè commendamus, (per viscera Jesu Christi vos  
oro atque obtestor) multorum cacoëthes imitati, totos non tradi-  
te. Itâ Vos Misericordia divina & æterna Salus æternum beat!

P.P Dominicâ Misericord Dom. cl. I.c.

LXIX.







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



I. N. 7.

4

# CONTROVER- SIARUM,

*Qve*

In gratiam Syncretismi,

Ab Arminianis, Pontificiis, Calvinianis, & No-  
vatoribus, *Syncretistis*, Orthodoxæ Ecclesiæ  
hactenus motæ,

Privato studio Methodicè,  
MENSIBUS PROXIMIS,

CUM DEO,

EXHIBENDÆ, AT *QVE VENTILAN-*  
*DAE SUNT,*

## COLLEGIUM DISPUTATO- RIUM

*INDICIT*

**ABRAHAM CALOVIUS, D.P.P.**

Primar. Circ. Elector. Superint.  
General.

